quod Communitatis thesaurum defraudasset.
Tunc Rex Jes ostendit dictum instrumentum
consilio Doctorum, nec quisquam fuit
qui eum adjuvare posset: et in mane
extra portam Bisariha sepultus fuit.
et in mane noctis sequentis detumulatus
inventus est; cujus omnis caro fuerat
rubore effecta. Sicque collecta fuerunt
ossa ejus, et è tumulo effossa.
Dixit Ibnu Gensi Chronicista, quod
Ibnal chatib fuit vir magnæ elegantiæ
tum in prosa, cum in versu: adeò q
tempore ejus nunquam neq Cancellarius,
neq Secretarius par, aut similis extiterit.
Sed quilibet fatebatur, et simpliciter
habetur, eis non esse illa gratia, quæ
nec lingua, nec calamo scribi potest.
Propter quod à Pontifice Chairi, atq